Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8321
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

maxime fulgeat. Creta greca insula centum quondam urbibus nobil.
unde et centonopolis dicta est. Cyprus insula mari pamphilo. quon
dam decem oppidis insignis. famosaque diuiciis. et maxime eris.
Cilicia prouincia est asie. quam cignus amnis intersecat. Carra ciuitas
mesopotamie est. ubi fuit abrahe patriarche hospicium. Corinthus
ciuitas achaie maritima. Chenchre portus corinthiorum ciui
tates. Chio insula bithinie cuius nomen syra lingua masticen de
signat. eo quod ibi mastix gignitur. Damascus nobilis urbs fenicis quon
dam in omni syria tenuit principatum. et nunc sarracenorum metropolis est.
Unde et rex eorum mamuas. famosam in ea sibi suisque genti basilicam
dicauit. christianis. in conspectu ciuibus beati iohannis baptiste ecclesiam
frequentantibus. Derbe ciuitas est licaonie prouincie. Elamite principes
persidis. ab helam filio iaphet sunt uocati. Effesus amboniorum opus ciui
tas asie est. ubi requiescit iohannes euangelista. Finicia prouincia est syrie. cuius
partes sunt samarie. galilee. et alie plurime. Galilee autem due sunt.
una gentium. uicina finibus tyriorum. in tribu neptali. Altera circa tybe
riadem. et stagnum genesareth in tribu zabulon. Gaza ciuitas in
signis est palestine que apud ueteres erat terra chananeorum. Galatia
prouincia asie. a gallis uocabulum trahens. qui in auxilio a rege
bithinie uocati regnum cum eo aucta uictoria diuiserunt. sicque de
inde grecis admixti. primo gallogreci postea galathe sunt appel
lati. Adrumethus ciuitas est in bizantia regione affrice. Adria
nomen ciuitatis contra rauennam que eidem maris in cuius ripis sita
est. nomen etiam adriatici dedit. Ioppe oppidum est palestine mari
timum in tribu dan. Yconium ciuitas est licaonie. et est altera in cili
cia. Libie prouincie due sunt. una cyrenaica. de qua dictum est. Et
partes libie que est circa cyrenen. est et alia ethiopium. Lidda ci
uitas palestine est. in maris magni littore sita. que nunc diospo
lis appellatur. Licaonia prouincia asie est. et alia eiusdem nominis ciuitas
in frigia minore est. Listra ciuitas est licaonie; Licia prouincia est asie.
Media a madai filio iaphet appellata est. parthia asiria. quas
scriptura sacra uniuersas sepe media nomine uocat. Macedonia
prouincia grecorum est uirtutibus alexandri magni nobilior fac
ta. Miletus ciuitas est in asia. ubi paulus maiores ephesiorum

Sunt autem
inter flumen
indum regio
nes iste. ara
cusia.